Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36531
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



erudita inanes fabulas uitent. Apls enim sciens passionem suam imminere
exemplum pie conuersationis & sane doctrine in sco timotheo uult relin
quere. ut p traducem nunquam deessent doctores idonei. Passionem tam
suam delibationem appellat. do enim immolatur. qui p iusticia eo patitur.
Certamen bonum certaui. qd reliquum est reposita est mihi iusticie corona. quam
reddet mihi dnus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi. sed & his qui dili
gunt aduentum eius. Omnia que sibi & ceteris utilia & pspera cent. serv
uasse se memorat. Non solum enim in uerbis sed & in opib; formam se pbuit
audientib; ut & auctori suo ueritate pdicationis fidelis dispensa
tor existeret. & cont mundi pncipes & potestates omni sollicitudine
& peritia colluctat. exemplum quom uincerent relinqueret. &
ut inuiolata doctrina & agonis legitimum certamen dignos illos face
ret coronari. quia ds iustus iudex dabit amplissima pmia diligen
tib; se. & exspectantib; filium eius de celis. Sollicite esto uenire ad me
quam primum. Demas enim me dereliquit diligens hoc sclm & abiit
thessalonicam. crescens in galaciam. titus in dalmatiam. lucas est mecum
solus. Marcum assume & adduc tecum. est enim mihi utilis in ministerio.
Titicum autem misi ephesum. Cum constet omnem iuris ecclastici in epla con
tineri. ppter multam tam karitatem psentiam eius desiderat. Marco autem
idcirco testimonium phibet. quia memor est preteritorum eius laborum.
Penulam quam reliqui troade apud carpum ueniens affer. sed & libros.
maxime autem mebranas. Apls natura iudeus fuit. & nec quicquam
habuit alienum. Vnde qui illi penula. Sed quia erat atharso qs estat
in societate romanorum receptos ut de cetero ciues appellarentur
romani. idcirco necesse est eos & curiam habere in qua more romano
penulati ueniant. Quicumque enim illo tempore cum muneribus obuium ex
issent romanis. inmunitate ppetua donati. ciues romani & frs
eorum nuncupantur. teste eodem aplo. Potest qui fieri. ut si non suam quia
totum se legi dederat patris sui haberet penulam. Alexander erari
multa mala mihi ostendit. Reddat illi dnus secm opa sua. Quem &
tu deuita. Valde enim resistit uerbis meis. Alexander iste & demas
supdictus. college fuerunt. Hi prius cum aplo erant. simulantes illi
amicitias. Et quia fallaces tempore pbabantur ambo ab eo recesserunt.
Hic autem erarius qui audacior erat in malis. sic ab eo recessit ut &
contradictor uerborum eius existeret. Qui qui aplo ausus erat contradicere
non inmerito eum an[illegible] du hunc admonet. di iudicio istum dimit
tens. In pma mea defensione nemo mihi affuit. sed omnes me dereliquerunt.